

JUSTI MEIERI  
COLLEGIVM  
ARGENTORATENSE *ad Sæta*  
*1000 m.*

Totius Jurisprudentiæ absolute systema  
exhibens:

*Adnotacionibus*

JOHANNIS OTTONIS TABORIS JC<sup>ti</sup>

Facultatis Juridicæ Antecessoris, & aliorum doctorum virorum,  
itemque eruditorum Meierianorum, ac indicis ac-  
cessione locupletatum,

atque in TRES TOMOS distributum.

*studio & opera*

JOHANNIS BECHTOLDI II. J. Doctorandi.

*Tomus Primus.*

Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Majestatis.



ARGENTORATI

Sumptibus EBERHARDI ZETZNERT Bibliopolæ.

ANNO M. DC. LVI.

# PRIVILEGIUM S. CAES. MAJESTATIS.



ERDINANDUS Tertius Divina fave[n]te clementia Ele[ct]us

Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Scalyonie &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Styriae, Carniolie, Carinthiae, Carniolae & Wurtembergie, Comes Tyrolis, &c. Cum Nobis noster &

Sacri Imperii fidelis dilectus EBERHARDUS ZETZNERUS Civis & Bibliopola Argentoratensis humillima aditione supplex exposuerit se Iusti MEIERI Iuri consules Colle-

giuum Argentoratense tossem iurisprudentia absolutum Systema exhibens studio atq[ue] operâ IOANNIS BECHTOLDI annotationib[us] IOANNIS OTTONIS TABORIS Iuri consulti & aliorum doctorum errorum, endoxerum stem M[ed]ierianorum atq[ue] indicis accessione locupletatum, atq[ue] in tres tomos distributum, cum illius exemplaria iam dudum omnia sint distracta, eaque sub cusu Juventus singulari efflagitet aviditate, typis denio subiecte de crevissit: veteri autem sese, cum eiusmodi edicio non exiguo requirat sumptus, ne dum ipse rei litteraræ studio se juventuti juvandæ aliorumque commodis provchendis infudat improba hominū alienis laboribus insidianum, quæstuique ac h[ab]eo proprio, vel cum aliorum noxa ac iactura augendo inhiantum cupiditate sperato laboris atq[ue] impendi sui fructu deslitutus, infundabilem in se suâ familiari faciat pauperiem, adeoq[ue] Nos submississime rogatis, ut rationibus suis hoc loci consulere, se contra cuiuscunq[ue] amuli lucipetrum dolum Cæsarei nostri Diplomatis præsidio munire clementer dignaremur: Nos humillimus prædicti ZETZNERI precibus ratione & æquitate intentibus tanto annuerimus facilius, quanto censemus indignius eum, qui rem litterariam publicam opibus suis liberaliter suscipit juvandæ, re suâ familiari fraudulentiter eventi. Idcirco ipsum EBERHARDUM ZETZNERUM eiusque hæredes Cæsareo nostro privilegio super editione dicta Collegii Argentoratensis facienda clementer donavimus, adeoque prudentes, scientes atque animo bene deliberato & Cæsareo nostrâ authoritate diserte donamus, omnibus ac singulis Typographis, Bibliopolis & aliis quibuscunque librariam negociationem exercituibus tenore præsentium serio inhibentes ac retantes, ne quis eorum supra memoratum Collegium Argentoratense à prædicto ZETZNERO recusum ad decennium à prima editionis die computandum intra Sacri Romani Imperii regnum, provinciarum ac Dominiorum nostrorum hæreditariorum fines simili vel alio typo & charaktere, vel etiam formâ in toto sive in parte recudere, vel alio recudendum date ac transferre, vel alibi etiam impressum importare, adducere, vendere aut distrahere clam vel palam citra voluntatem & consensum s[ecundu]m dicti EBERHARDI ZETZNERI eiusve hæredū ausi presumatur: Si quis autem fecus faxis, & interdictum hoc nostrum temerario quodam ausu negligere & transgredi non fuerit ventus, is non solum huiusmodi libris perperam quippe & dolose recusis atque importatis (quos quidem saepè dictus ZETZNERUS ipsiusve hæredes ubique locorum deprehensor, vel propria autoritate, vel Magistratus loci illius auxilio apprehendere, ac sibi vindicare poterunt) de facto privati: sed viginti quoque marcarum aut puri puti ex semissæ Aeratio sive Fisco nostro Imperiali fraudis nimirum vindici, ex altero vero semissæ saepemorato ZETZNERO, eiusque hæredibus omni spe venie præcisâ pendendarum multam dare damnas esse. Hæc tamen lege, ut antedictus ZETZNERUS quaterna ad minus exemplaria istius operis statim post finitam editionem suis sumptibus ad Imperiale nostram Cancellariam transmittat, Quod si neglexerit, hæc nostra gratia ac privilegio neutiquam sibi ac gaudere possit, sed eo statim privatus & exitus esse censatur. Mandamus ergo univeris ac singulis nostris & Sacri Rom. Imperii, Regorumque provinciis ac Ditionum nostraram hæreditariorum subditis cuiuscunq[ue] status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis aut fortunæ existant, tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsertim vero iis, qui in Magistratu constituti vel proprio vel superiorum nomine ac loco jus dicunt, iustitia que exerceant administrationem, ne quenpiam unum privilegium & interdictum nostrum Cæsareum temere & impune transgredi aut violare patiantur, quin potius contumaces, si quos forte comperenint, præscripta peccata mulctari, aliisque modis idoneis eurent coerceri, n[on] gravissimam nostram indagationem incurrit & eadem multam pendere volunt. Harum testimonio litterarum manus nostræ subscriptione & Sigilli nostri Cæsarei appositione munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ die undecim Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Regnum nostrorum Romanum vigesimo, Hungariæ trigesimo primo, Bohemici vero vigesimo nono.

Ferdinandus Imp.

L. S.

Ad mandatum Sacrae Cæsareæ  
Maiestatis proprium

Ferdinandus Comes Curtius.

I. Walderode.

mp.

a 2

AD

# COLLEGIUM JURIDICUM ARGENTORATENSE:

OMNE JUS PANDECTARUM, QUODQUE  
EIDEM EX CODIC. INSTIT. NOVELL JUSTINIA-  
NEIS respondet, una perpetuaque causarum methodo dispo-  
situm: cum supplemento Iuris tum Canonici, tum No-  
vissimi ex Imperial. Constit. & forensibus  
observationibus:

*exhibens:*

*OPVS ADORNATVM IN ACADEMIA*  
*ARGENTORATENSI à IVRIS STUDIOYSIS ET CANDI-*  
*DATIS: acrecentium curâ JUSTI MEJERI Novio-*  
*MAGENSIS J. U. D. & Ante-*  
*cessoris:*

*Ἐπ τοῖς νόμοις ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. Ariſt. I. Rhet. 3.*

**NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
ET PRUDENTISSIMIS VIRIS:**

**DN. JOHANNI SIMONI à BRUMBACH, &c.**

Prætori & Cancellario.

**DN. PETRO STORCKIO Consulari, &**

**DN. CHRISTOPHORO KOLOEFFELIO,**

XIII. VIRO:

*INCLYTAE ARGENTORATENSIS ACADEMIAE*

*Scholarchis, Dominis ac Patronis suis, omni observan-  
tia & animi submissione colendis.*

**E**T si initio mihi dubitatio in calce quædam suborirentur: Nobilissimi, Amplissimi, ac Prudentissimi D. D. D. SCHOLARCHI, Patroni observandi: liceret ne mihi huic operi patrones & quasi Deos tutelares querere: tamen quam primum illæ melioribus cedere videbantur rationibus: dubium nullum inibi fuit: quin ad A. A. A. V. V. rectâ adirem, & ab iisdem, id quod facio, patrocinium liberale, animo submissò & debita cum observantia peterem. Quicquid enim est, quod à me vobis tuendum offertur: in ea id natum est Academia, quam vos, ut oculos vestros, charam habetis: ab iis adornatum, qui studiorum suorum nutricem, vestram p̄æ aliis delegerunt Academiam: ab eo recognitum, curaque multa reformatum: qui ejus corporis esse membrum gaudet: cuius vos caput salutamini. Si ergo jure soli, fractus fundi ejus est, cuius est solum: ad quem hic fructus fundi vestri Academicæ, alium, quam vos pertinere potest? Quod si ego vos Academie patres, ut fas priusque jubet: cultu paternæ venerationis prosequor: Si, quod non postremum est munus docentis, filiorum instar amore complecti debemus eos: qui in nostram se se fidem atque industriam in formandos & erudiendos contulerunt: quid ni, ut paterni amoris radices, per filios in nepotes, & per hos in pronepotes, se se extendunt: ita vestri quoque favoris ac benevolentiæ rivuli, per mutuos docentium atque discentium labores, quasi canales, in hos ingenii nostri fætus dimanarent? Constat igitur rationem arbitror: cur hujus nostri partus Academicæ, Patronos, preter vos, alios optare neque debuerim, neque voluerim. Neque, ut opinor, inolestum hoc, quod ambo, futatum est patrocinium. Non enim querimus nostris aut peccatis aut erroribus patronos: quin potius, si quid à nobis tale sit commissum: indebitur nobis, patefacti erroris ingenua confessio: qui eam nobis ingenii præstantiam & perfectionis felicitatem non arrogamus: ut ab omni errore vacuos, ab omni lapsu immunes ac liberos nos haberi desideremus. Abiēc Horatiana ista prope in proverbium: quandoque bonus dormitat Homerus: Opere in longo, fas est obrepere somnum: Sunt peccata, quibus ignovisse velimus. Ecce viri docti,